



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

147. Eadem parabola, referentibus Marco & Lucâ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ius est omnibus oleribus: & fit arbor, ita
ut volucres cæli veniant, & habitent in ra-
mis ejus. *Matth. 13. v. 32.*

MEDITATIO CXLVII.

*Eadem Parabola referentibus Marco,
& Lucâ.*

I. **C**ui assimilabimus regnum Dei? aut
cui parabolæ comparabimus illud?
Sicut granum sinapis, quod cùm semina-
tum fuerit in terra, minus est omnibus se-
minibus, quæ sunt in terra: & cùm semi-
natum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus
oleribus, & facit ramos magnos, ita ut pos-
sint sub umbra ejus aves cæli habitare. *Marc.
4. v. 30. 31. 32.*

II. Cui simile est regnum Dei, & cui si-
mile æstimabo illud? Simile est grano sina-
pis, quod acceptum homo misit in hortum
suum, & crevit, & factum est in arborem
magnam; & volucres cæli requieverunt in
ramis ejus. *Luc. 13. v. 18. & 19.*

MEDITATIO CXLVIII.

*Parabola V. Fermenti in tribus
farinae satis.*

Aliam parabolam locutus est eis Iesus:
Simile est regnum cælorum fermento,
quod